

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs I. Vtrum creatura corporalis administretur per Angelos. art. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

Dæmones
subiacent
honorū An-
gelorum po-
testati.

Subiacent verò angeli mali potestati bonorum Angelorum, à quibus vel coercentur, vel permittuntur infideli hominibus, & Ecclesiam infestare prout expedit, & intelligunt esse Dei voluntatem: illis etiam interdum manifestant aliqua, vt tamquam ministri diuinæ iustitiae, illa aduersus homines exequantur, vt hoc loco articulo quarto tradit D. Thomas.

Finita verò militante Ecclesia, cessabit principatus, & ordo ille inter dæmones: quia cessabit finis, ad quem permittitur, & ad quem inter se coniurant. Atque de huiusmodi dæmonum principatu exponi etiam optimè potest illud primo ad Corinthios decimoquinto: Deinde finis, cùm tradiderit regnum Deo & Patri, cùm euacuerit omnem Principatum, & Potestatem, & virtutem (dæmonum scilicet, quæ illucsumque permittet) operiet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius: nonissimè autem inimica destruetur mors (per resurrectionem scilicet iustorum finite hoc mundo, & lucta Ecclesie militantis) omnia enim subiecti sub pedibus eius (Christi, scilicet, quæ homo est.) Cùm autem dicat: Omnia subiecta sunt ei, sine dubio praeter eum qui subiecti ei omnia: cùm autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipso Filius subiectus erit ei, qui subiecti sibi omnia, & sic Deus omnia in omnibus. Hec Paulus eo in loco. In quen ait Glossa: Quamdu durat mundus, Angeli Angelis, homines hominibus, & dæmones dæmonibus presunt. Obferua tamen in dæmonibus esse Principatum, Potestatem, & virtutem, ad malum, dum scilicet ad hominum euerctionem imitari satagunt Principatum, Potestatem, & virtutem sanctorum Angelorum ad bonum, promotionisque hominum in vitam eternam.

QUÆSTIO CX.

De præsidentia Angelorum super crea-
turam corporalem.

ARTICVLVS I.

Vtrum creatura corporalis administretur
per Angelos.



ENTENTIA D. Thomæ est, creaturam corpoream administrari per Angelos, non solum quatenus intelligentiae mouent orbis celestes, à quorum motu generationes & corruptiones rerum magnopere pendent, & à quibus vis tota in his inferioribus regitur, & gubernatur, quod Aristotelem non latuit: sed etiam quasi peculiares Angelii peculiari bus rebus, ac effectibus deputati sint in his inferioribus, sive ad exequendam in aliquibus rebus diuinam iustitiam, sive ad alios effectus. Quin potius questione 113, articulo secundo ait D. Thomas probabile esse, diuersis speciebus rerum diuersos Angelos eiusdem ordinis prefecitos, in eandem que sententiam inclinat hoc loco, præsertim in response ad tertium, estque amplectenda sententia Diu Thomæ, maximè quoad primum, nec secundum probabilitate caret, vt idem Doctor sanctus ait: Quod ergo aliqui Angeli perfecti immediatè sint his rebus inferioribus, maximè ad effectus aliquos, qui extra natura cursum fiant, nec

A non ad curandas, ac conservandas species, meliorè cursum vniuersi, probatur. Quibus Augustinus libro 8, quæstionum, quæst. 79, sic ait: Una quæque res visibilia in hoc mundo, habet Angelicam potestatem sibi prepositam. Et octauo super Genesim ad literam, capite vigesimoquarto: Angelis, inquit, Deo subditè frumentis, vt Deo beatè servientibus, subdia est omnis natura corporea, omnis irrationalis vita, omnis voluntas, vel infirma vel prava, vt hoc de subditis, vel cum subditis agant, quod natura ordo poscit in omnibus, subenti illo cui subiecta sunt omnia. Et infra: Ideo Deus bipartita prouidentia sua opere præstet universæ creatura, naturis ut stant, voluntatibus autem vt sine suo iussu, vel permisso nibil faciant. Idem docet tertio de Trinitate, capite quarto. Damascenus secundo libro fidei Orthodoxæ, capite quarto, ait: Diabolus fuisse ex iis Angelicis virtutibus, quæ præserant terrestri ordinis, & cui à Deo terra custodia commisera erat. Et Origenes homilia decimatercia super Numeros: Opus est, inquit, mundo Angelos, qui presunt super bestias, & presunt animalium nativitatē, & virgulorum, & plantationum, & ceterarum rerum incrementis. Gregorius etiam quarto Dialogorum, capite quinto, ait: In hoc mundo visibili nihil, nisi per creaturam inservibile, disponi potest.

Accedunt testimonia Scripturæ sacræ, Apocalypsis septimo: Vidi, inquit Ioannes, quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terre ne flarent, quibus addit: Vidi alterum Angelum ascendente ab ortu solis, & clamauit voce magna quatuor Angelis quibus datum est nocere terra, & mari, dicens: Nolite nocere terra & mari, neque arboribus quo adusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Et capite decimoquarto, ait Ioannes: Et aliis Angelus exiuit qui habebat potestatem super ignem. Ex hac tenus tamen dictis non intelligas, Angelos efficere vera miracula. Quoniam licet multa efficiere possint circa res corporeas supra communem earum cursum, non tamen verum miraculum: tamen si preparare, & disponere possint aliqua, vt ultius Deus se solo efficiat miraculum, hoc est, effectum, qui totius naturæ creatæ facultatem excedat. Quæstione decimaquarta, articulo sexto, retulimus Hieronymi in illud Abacuc primo: Mundi sunt oculi tui unū cum aliis verbis (que pia expositione indigent, qualem illis adhibuimus) dixisse: Liber ille apocryphus stolidus condemnandus est, in quo scriptum est quendam Angelum nomine Tyri præesse repubilibus, & in hanc similitudinem pīcibūs quoque, & arboribus, & bestiis vniuersis propriis in custodiā Angelos deputatos. Quibus verbis negare videtur Hieronymus, singulis Angelis esse singulas species, vt custodiāntur, creditas.

F V ò d Angeli non possint immediatè inducere formas in materiam, easque de potentia materiæ educere, est communis Theologorum sententia, colligiturque ex Augustino tertio de Trinitate, capite octauo. Rationem huius rei reddidit Durandus in secunda distinctione septima, quæstione quarta. Quoniam in agentibus corporis est virtus sufficiens ad eas producendas, educendas, &que de potentia materiæ: quare

H b h 4 fustra

ARTICVLVS II.

Vtrum materia corporalis obediatur
Angelis ad nutrum.



O V ò d Angeli non possint immediatè inducere formas in materiam, easque de potentia materiæ educere, est communis Theologorum sententia, colligiturque ex Augustino tertio de Trinitate, capite octauo. Rationem huius rei reddidit Durandus in secunda distinctione septima, quæstione quarta. Quoniam in agentibus corporis est virtus sufficiens ad eas producendas, educendas, &que de potentia materiæ: quare

Angeli ne-
queunt for-
mas immi-
diatè indu-
cere in ma-
teriam.